

Meyer,  
*Dejune retractus.*













7 27 2. D. O. B. V. 18

DE

IVRE RETRACTVS

von dem

Einstands = Recht

EIVSDEMQUE

PRÆCIPVIS SPECIEBVS

CVM PRIMIS

DE



RETRACTV EX CONSANGVINITATE,  
CONDOMINIO, INCOLATV, VICINITATE  
ET CONGRVO COMPETENTE

NONNVLLAS LVCVBRATIONES

SISTIT

IOANNES HENRICVS MEYER

ADVOC. AVL. SAX. VINAR. EXTRAORD.



28. 3. 06. VINARIÆ, TYPIS MUMBACHIANIS.

A. O. R. MDCC LII.



18


DE  
COR

IVRE RETRACTVS

1691

Henrichs = Reich

EIVSDEMQUE



PRACIPVIS SPECIEBVS

CAUSIS

DE

RETRACTV EX CONSANGVINITATE

CONDOMINIO, INCOLATV, VICINITATE

ET CONGRVO COMPETENTE

NONnullas EXPLICATIONES

1691

IOANNES HENRICVS MEYER

ADVOC. AVT. SEN. VNIUS. EXTRAORD.



VNIUS. TERTI. MACHINARI

A. O. R. M. D. C. C. C. I.

Handwritten scribbles and a small mark.





MONSIEUR

A

SON EXCELLENCE

MONSIEUR

CHARLES-GUSTAVE

DE MANDELSLOH,

SEIGNEUR À ECKSTEDT ETC.

CONSEILLER PRIVÉ DE LA SERENISSIME MAISON

DE SAXE-WEIMAR ET EISENAC, DIRECTEUR

DES ÉTATS PROVINCIAUX ET DE LA

CAISSE DU DUCHÉ DE

SAXE-WEIMAR

SON TRÈS-GRATIEUX PATRON.



MONSIEVR,



Il y a deja un an, *Monsieur*, que  
j'eus le bonheur d'entrer en Vos  
services. Le temps et le dessein  
ne permettent point d'exprimer  
assez par des paroles toutes les mar-  
ques de grace, dont Vous m'avez comblé pendant  
ce temps là. Aussi prendrois-je une peine tout  
inutile, les voulant etaler, pendant que toute la  
ville & tout le pais rendent un temoignage bien  
plus eclatant de Vos vertus. Vous Vous êtes  
signalé par une prudence tout excellente dans les con-  
seils,



feils, par une expérience maturée dans les affaires, qui concernent les Etats Prouvinciaux & enfin par une longue suite de belles actions qui nous en font des preuves convainquantes, de sorte qu'il sembleroit après cela, que Votre prudence consommée & Votre grande penetration fussent arrivées à leur dernier periode. Mais Votre coeur excellent, qui n'a pour bût que le bien de la patrie, a suffisamment fait connoître, à quoi l'amour de la gloire peut inciter un homme tel que Vous. Tout le monde avouera avec moi, qu'il n'a appartenu qu'à un Prince tel que FRANCOIS IOSIAS, à connoître Votre merite & à Vous faire jouir des recompenses dues à Vos vertus. C'est ce qu'il a fait, lorsqu'il s'est plû à Vous revetir de la charge de Premier Conseiller d'Etat, du Conseil privé établi pour l'administration de ce Duché & de Directeur des Etats Prouvinciaux. Quelles plus fortes marques pouvoit-il Vous donner de son estime et de sa confiance qu'en Vous mettant entre les mains cet important dépôt? Ne peut-on pas dire avec raison, que c'étoit Vous communiquer une bonne part de sa grandeur & de son autorité, que de Vous choisir pour être l'appuy de tout un état et le défenseur de la justice. Tout Weimar s'en rejouit & moi surtoût, qui, après Dieu, ne connoit point de plus grand bienfaiteur, & qui tache par tous les moyens possibles de s'insinuer en Vos bonnes graces. C'est pourquoi j'ai jugé à propos, de consacrer à *Votre Excellence* la pièce que voici,  
pour



pour un temoignage de mon très-profond  
respect & pour me rendre en quelque façon  
digne de l'honneur que j'ai d'approcher de  
temps en temps de *Votre Très-Illustre*  
*Personne*, afin de l'assurer que je suis in-  
violablement,

**MONSIEUR,**

A' Weimar  
C'est le rome de Janvier  
l'An. 1752.

*Votre très-humble & très-obéissant*  
*Serviteur*

**IEAN HENRY MEYER.**





omnibus hominibus, qui naturales, deprauatis moribus non corruptos, confectantur stimulos, inesse cupiditatem, se aliosque reddendi feliciores, ipsa recta nobis indigatat ratio, quid? quod dudum a Philosophis demonstratum est a). Quo tutior autem pariter ac breuior sternitur via, qua felicitatis munera adsequi possumus, eo ardentiore cupidine nos accensos esse oportet, quo ista incedamus. Hanc viam institere verustissimi terrarum incolae, dum, statui Anarchico missum facientes, sese in statum Ciuitatis seu in Rempublicam receperunt, ibique tum voluntates tum vires in vnam transtulerunt performam vel physicam vel moralem b). Quamuis enim eo liberius vitae genus quodammodo restrinxerunt, certisque commodis vltro renunciarunt: eorum tamen iactura, commodorum intuitu in Ciuitate percipiendorum, parui aestimanda est c). Plurima omnino incommoda, e vita Anarchica profluentia, cuius ante oculos ponere procliue sane foret, sin e re videatur; ast sufficiat, vnitis tantum fecisse mentionem, nimirum, quod, posita

Status Ciuitatis statui praestat Anarchico.

a) V. ILL. DARTJES. *Instit. Ipr. Vni-*  
*vers. P. Gen. C. III. §. 143. p. m. 81.* b)

L. II. C. VI. §. 5. p. 304. c) Gundling  
*im Discours über Buddci Politic, Pro-*  
*leg. p. 7.*



sita Anarchia, nulla iustitiæ Sanctitas, nulla amicitiae firmitas, nulla securitatis stabilitas adseruari queat. Equidem & in societatibus Ciuilibus varia deprehendi incommoda, cum primis fin ipsius iustitiæ, amicitiae atque pacis rationem habeamus, nunquam diffitebor; ast palam profiteor, talismodi mala a Summo Imperante haut difficulter variis Sanctionibus in Ciuitatis salutem conuerti posse; quum ex aduerso in statu Anarchico, in quo omnes paria adfectant iura, omnem iustitiam, omnem amicitiam, omnemque pacem ad alterius opes atque vires metiri æque ac seruare soleant mortales. Testes utique sunt tristissima interregni M. tempora, quibus arma vbique, leges ferè nusquam dominabantur; quisque occupabat per vim, quantum poterat d); qui viribus pollebat, alium opprimebat; Equites rapto viuebant; latrocinia impune exercebantur, plerique, excusso iugo noui Principis, noua moliebantur e), & assidue habebant manus pendulas ad rapinam f); vno verbo: omnia erant diffitationibus & bellis intestinis iamiam inueteratis plena g). En miserissimam Anarchiae faciem! quae tamen vix omnimoda erat.

## §. II.

Ciuitas quid?

Ciuitatem autem humanam (\*) nuncupo cœtum plurium familiarum, sub imperio communi (\*\*\*) vnitum, tutioris & tranquillioris vitæ gratia. Quandoquidem vero obligatus ad finem obligatus simul sit ad media, quibus merito adnumeranda est facultas leges ferendi h), & bonos mores determinandi i): hanc facultatem iure optimo maximo sibi vindicare potest Summus Imperans. Quantum autem bonæ leges boniue mores vnicique proficiant Reipublicæ, in proparulo est (\*\*\*)

(\*) Quam vulgo vocant Rempubicam. Græci procul dubio primi fuerunt, qui statum publicum introduxerunt, vel saltem ad policioem euerunt gradum. Platonem fuisse primum, qui de digerendo statu politico nonnulla

- d) *MVTIVS* in *Chron. Germ. L. XXI.* apud *Scriptor. rer. germ. p. 320.* g) *VRSPER-PISTOR. rer. Germ. T. II, p. 829.* e) *GENS. in vita Philippi Imp. p. 234.* h) *AVENTINVS* in *Annal. Bojar LVII. C. PVFENDORFF. d. C. VII. §. 2. p. 313.* 7. num. 4. p. 663. f) *ALBERTVS SIADENS.* ad annum 1255. apud *SCHILTER. 26.* i) *J. P. SVRDIVS* *Conf. 372. num.*



nulla tradidit præcepta, eumque discipulum Aristotelem secutum scimus. **Vorrede zu Gundlings Discours über Buddeis Politic**, p. 3. Definitiones, quas posterior de Ciuitate perhibet, quæque a nostra non valde differunt, deprehendimus in *L. I. IV. et V. Politicorum L. I. Rhetor. L. Oeconom. & alibi.*

(\*\*) Pro qualitate subiecti, quod suscipit commune Imperium, varia Ciuitatum genera concipi possunt, quæ Ciuitatum Formæ dicuntur. Etenim aut vnica determinatio illarum exhibet characterem, aut plures; sin hoc, formæ dicuntur mixtæ seu irregulares, prout, sin illud, simplices seu regulares laudantur. In simplicibus subiectum aut est vnicom indiuiduum, aut concretum est ex quibusdam ciuibus, collectiue sumtis, aut ex omnibus ciuibus; istam Monarchicam, illam Aristocraticam, hanc Democraticam dicere solemus Formam. Mixtas quod concernit, iterdum omnes tres, duæ interdum tantum coniungi possunt, sed ideo non statim eas dicere decet monstratas, quemadmodum eas vocare non erubuit

*HOBBS. tr. de Ciue. C. VII. §. 4.*

(\*\*\*) Inter alia Legum Morumque encomia mihi probantur illa Ciceronis, Demosthenis, Socratis atque Chrysoctimi, quorum primus *L. I. Epist. ad Famil.* legem dicit animam Ciuitatis; secundus apud *Max. Serm. 58. vt corpus, inquit, anima carens cadit: sic Ciuitas nullis administrata Legibus, euerititur;* tertius apud *Stobæum* his vitur verbis: *mos est stabilior Lege;* et denique quartus in *Orat. 74. de Lege, Legem nuncupat Reginam hominum.*

### §. III.

Posita Ciuitate, ponuntur Leges seu iura (§. II.). Ius autem, in significato generali sumtum, est regula, ex voluntate Superioris inferiores obligans, vt secundum eam actiones suas instituunt. Prouti vero hæc agendi regula aut expressa nititur promulgatione aut minus: ita idem ius in scriptum & non-scriptum, & posterius, quia modo expressa, modo tacita Imperantis fulcitur voluntate, in ius Traditum das *Herkommen* & Consuetudinarium das *Gewohnheits-Recht* dispartire licet (\*). Istud in statu Monarchico et Aristocratico; illud æque ac hoc in statu Democratico regulariter vigere, adserit b. *SCHAVMBVRGVS k)*, qui simul potiores ostendit differentias ius Traditum inter

Ius quid?  
et  
quod duplex?

k) In *Compend. Pand. L. I. T. III. §. 2.*



inter atque Consuetudinarium I). Vlterioribus iuris scripti nec non iuris Traditi (\*\*\*) dilucidationibus lubens supersedeo, quoniam ad finem obtinendum parum conferunt. Prolixior vero in explicando Iure Consuetudinario ero.

(\*) Sont, qui ius Scriptum vocant, quod in scripturam redactum, & quod minus, non-scriptum; ast inuicta Themide. Datur enim ius scriptum quod non in scripturam redactum, quo vsi sunt Lacedamonii, teste, *PLUTARCHO in Lycurgo p. 47.* & *LIBANIO Tom. I. p. 476.* & contra ius non-scriptum, quod in scripturam redactum, cuius videmus in *binis speculis nec non iure feudal. Longobardico.*

(\*\*) Tantum quin adducam nequeo, quod vetustissimis Rerumpublicarum auiis & antequam Sanctiones Imperantium litteris sunt mandata, omnia fere negotia secundum Obseruantiam fuerint diiudicata. Liceat percurrere primæua Nostratum Secula, quæ satque superque commonstrant, eandem non modo in statu veterum Germanorum Publico, sed etiam Priuato, & quod Publicum concernit, non modo in Politico, sed etiam Ecclesiastico viguisse. Sic, quod ad Priuatum attinet, testamenti factionem ab initio Obseruantia fuisse credo; nec secus eadem in statu Maiorum Ecclesiastico, de quo nobis lucem adlucet egregiam *BOEHMERVS d. de Obseruantia Eccl.* Quod vero Ius Publicum Romano-Germanicum spectat, illud ad tempora vsque Caroli IV Imp. paucis Legibus scriptis exceptis, mæra Obseruantia Imperiali innixum deprehendimus. *KOPP. Hist. Iur. P. VI. Ep. VI. Th. 1. p. 338. KVLPIUS. de Obseru. Imper. Mosers Teutsches Staats-Recht P. I. L. I. C. 25. KEMMERICH de probat. Consuetud. & Obseru.*

#### §. IV.

Ius Consue-  
tudinarium  
quid?

Ad ipsum progrediendum est ius Consuetudinarium, quod vocamus ius tacito Imperantis consensu, per actus ciuium idoneos seu mores introductum. Vtut vero ciuium mores, quemadmodum nulli non innotescit, admodum differunt: ita ferme varia persentiscimus iura Consuetudinaria, adeo, vt Germanorum parçemia, *Ländlich, sittlich*, vbiuis ferè locorum valeat. In causam eiusmodi differentia inquisitionis, eam plerumque in peculiari ingeniorum dispositione deprehendet, quo fit, vt non vniuersæ solum Gentes morum intuitu inter se discre-

D) adi sis eundem l. c.



screpent (\*), & aliæ laudent, quod aliæ vituperant (\*\*), sed quoque in vna Gente diuersi prorsus inueniantur mores. Eam autem producere videtur cœli nos ambientis folique genius, (inde *Arcadicum pecus.* Et apud *IVVENAL. Sat. X. v. 50.*

*Veruecum in patria crassoque sub æere nati).*

humorum in corporibus temperatura ex ipso semine, ætate, victu, valetudine, studiorum ratione, similibusque causis proueniens; item confirmatio organorum, quibus animus ad functiones suas obeundas vitur, & similia. Vt omnes omnium Gentium Consuetudines hic recenseam, parum vires excedit, partim scopo vix conuenit. Vnica Gens Teutonica nimis abundat Moribus; ideoque lubens exterarum Mores mittam.

(\*) De quo testatur *LIVIUS* Dec 5. Lib 5. dicens: *tam Ciuitatum, quam singularum hominum Mores sunt. Gentes quoque alia iracundæ, alia audaces, quædam timide: in vinum, in Venerem prouiores alia sunt, Atheniensem populam fama est celerem & supra vires audacem esse ad conandum: Lacedæmoniorum cunctatorem, vix in ea, quibus fidit, ingredientem. Non negauerim & totam Asiæ regionem inaniora a parere ingenia & Rhodiorum tumidiorem sermonem esse, quod excellere inter finitimas nationes videantur.* Conferendi hic *BARCLAVS* in *Icone animorum.* *SC. CLARAMONSIUS* de coniecturandis cuiusque moribus & tacitanti animi affectibus. *HEVHVSIVS* in *Theatr. Ingenii human.* maxime *L. I. C. 17.*

(\*\*) Ita apud Romanos infamia, humilia atque ab honestate remota ponebantur, quæ apud Graios iudicabantur magna & honesta, v. c. fororem germanam habere in matrimonio, Atheniensibus licuit: *CORNEL. NEP. in præf.* Romanis nefas habebatur, §. 2. *I. de nuptiis.* Laudi in Græcia ducebatur adolescentulis, quam plurimos habere amatores. *CORNEL. NEP. l. c.* Romani hoc iudicabant inhonestum. *IDEM ibid.* Nulla Lacedæmoni tam nobilis erat vidua, quæ non ad Scenam iret, mercede conducta: *IDEM l. c.* Romani hoc infame putabant. *L. 2. §. 5. D. de his, qui norant infam.* Magnis in laudibus tota fuit Græcia, victorem Olympiæ citari: *CORNEL. N. l. c.* Romani id humile æstimabant. *IDEM eod.*



Germano-  
rum Mores  
tam vniuer-  
sales quam  
particulares.

Sin vnquam Gens quædam voluptate & frequentia Mo-  
rum capta, sane hæc est Germanica; immo præcipua Germa-  
norum laus est, quod apud ipsos plurima essent inaudita, apud  
alias Gentes vel in ordinem sanctionibus scriptis redigenda,  
vel seuerissimis Legibus coërcenda, quod optime obseruauit  
HENR. GOTTL. FRANCVS m); adeoque nec opus ipsis  
fuerit multis Legibus (\*), sed normas elegerint, quæ iuri Na-  
turæ et indoli horum populorum admodum feræ conuenirent;  
eandemque ob causam Consuetudinum suarum vsque eo fue-  
runt tenaces, vt iam tum vulgo dici solet: *apud Germanos plus  
valere bonos mores, quam alibi bonas leges* n), quod *ἐν γένει* scite  
exquissit HEINECCIUS o). Quum vero hæc Gens Germa-  
nica e minoribus conflata sit Gentibus, quæ omnes suos cole-  
bant mores: facile potest perspicui ratio, quor Maiorum Mores  
in vniuersales & particulares dispesci queant. Illi laudantur,  
qui vniuersæ Genti Teutonicæ erant communes, veluti pœna  
scuti derelicti p), ratio consultationum & diætarum q), pœna  
homicidii non capitalis r), dos a marito vxori offerenda s),  
pœna in adulterium præfens & marito permiffa t), insignis  
promittentium & colludentium fides u). Particulares saluan-  
tur mores, qui proprii sunt vni alteriue Germanorum Genti.  
Sic Catts mos proprius erat, crinem barbamque summittere,  
vt primum adoleuerint v). Tencteri reliquos superabant disci-  
plina equestri w), & de Chaucis ita fatur TACITVS x):  
*populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam  
malis iniustitia tueri; sine cupiditate, sine impotentia: quieti secreti-  
que: nulla pronocant bella: nullis raptibus aut latrocinii populan-  
tur.* Aliarum nationum Teutonicarum Mores domesticos vt  
silentio premam.

(\*) En!

m) In *Iurispr. Veterum Germanor.* §. 4.  
Conf. *IVL. CÆS de B. G. L. VI. C. 21.*  
22. 23. 24. *TACITVS de Mor. Germ. per  
tot.* n) *TACITVS Lib. cit. Cap. 19. in  
fin.* o) *ad L. Iul. & Pap. Popp. pag. 25.*

p) *TACITVS L. c. C. 6.* q) *IDEM C.*  
*II. r) IDEM C. 12. s) IDEM C. 18.*  
t) *IDEM C. 19. u) IDEM C. 24. v)*  
*IDEM C. 31. w) IDEM C. 32. x)*  
*Cap. 35.*



35 (0) 36

(\*) Enī quantam Germanorum præstantiam. Corruptissimæ enim Reipublicæ indicium esse plurimas Leges, egregie docuit TACITVS L. III. *Annal. Cap. 25. 26. 27.*

§. VI.

Innatus iste Germanis amor erga Mores præscos, quos sanguine suo redemerunt Maiores nostri, vsque eo ab ipsis seruatus est, vt eundem quoque in posteros transmitterent; ac licet hi posterioribus seculis Leges etiam scriptas sensim ac sensim acciperent: maximum tamen iuris Germanici priuati momentum, ad recentiora adhuc tempora, poneretur in iure non scripto & Consuetudinibus y). Non immerito huic Germanorum iuri Consuetudinario adnummerandum reputo notissimum istud **IVS RETRACTVS**, quod primitus per vsum seu Mores subditorum, **durch löblichen Gebrauch und Gewohnheit** z), inualuit. Cumque eiusdem vsus magnus visus est Imperantibus, quia non modo ipsius Reipublicæ, ne bona immobilia in distincte in extraneos deuoluantur, factæque alienatione vt prorsus reduniantur, sed & cuiusuis Domini ini Censuræ, quin & ipsorum interest ciuium a): hæc Consuetudo variis munita est sanctionibus scriptis, prout e sequentibus elucescet.

Germanorum iuri Consuetudinario adnummerandum ius Retractus.

§. VII.

**IVS RETRACTVS** (\*), in significato ampliori sumtum, comprehendit omne ius omnemque causam legitimam, ex qua facultas rei retrahendæ competit. Atque hoc sensu ab ipso inuoluitur iure, quod ex pacto Retrouenditionis, **aus dem Wiederkauß** b), prouenit. In significato autem strictiori illud definitio facultatem, Lege seu Consuetudine competentem, rem quandam immobilem, alii venditam, licet venditio sub pacto de retrouendendo c), siue domini reseruatiuo d), fuerit peracta, ex iusta reuocandi causa. Hæc cum modo in per-

Ius Retractus quid?

et

quotplex?

B 3

sona-

y) Id quod b. IO. ADAM. KOPP. in *hisor. iur. per totam part. V. a pag. 192. vsque 257.* ad amussim docuit. Conf. **GVNDLINGIANA** von dem Gewohnheits-Recht. z) Vt dicitur in *Ordin. Prouinc. Wirtenberg. P. II. tit. 20. §. 5. fol. 43.*

a) FROMMANN in *d. de Retractu Wirtenberg. Cap. III. Theß. 9.* b) Cuius egregia prostat tractatio apud **TABOR. de pacto Retrouend. Vol. I. p. 898.** c) **REIN-KING. in tr. de Retract. Consang.** d) **LYNCKER. Vol. II. Resp. 137. 13.**



sonarum reuocantium, modo in prædiorum reuocandorum qualitate lateat, procliue est dictu, eiusmodi ius primario duplicem habere fontem. Quod ad personarum reuocantium qualitatem attinet, hæc rursus latitat mox in Consanguinitatis, mox in Societatis, mox in Incolatus nexu; inde triplex enascitur RETRACTVS, vnus, qui dicitur GENTILITIVS, secundus, qui audit RETRACTVS EX CONDOMINIO & tertius, quem TERRITORIALEM seu CIVICVM laudare suefcunt. Quod prædiorum qualitatem concernit, huic retrahendi iuri partim prædiorum Vicinitatem, partim Censum cuiusdam vel seruitiorum aliorumque tributorum præstationes an- sam dedisse constat; inde RETRACTVS ex VICINITATE, nec non is, quem IVS CONGRVI vulgo nuncupamus, enatum.

(\*) *Retractus a retrahendo, h. e. rem, maxime per venditionem ab aliquo in alium alienatam, reuocando. Ut enim contractus a contrahendo, sic retractus a retrahendo dictus. RICHTER, Dec. 76. num. 1. Laudatur ab aliis Ius Re-comparationis, apud BONAVENT. GAVER. de Re-tract. Concl. I. Lit. B. vel ius Re-comperæ, siue, vt Itali dicunt, Re-compre. BESOLD. in Thesaur. pr. voc. Losung, p. 601. item ius Oblationis, Ius Præhonorarium, & Gallis: Le Droit de Retrait FROMMANN. d. de Retr. Wirtenb. C. I. Th. 1. & quibus aliis indigitatur nominibus. HARPRECHT ad §. fin. Inst. de E. V. num. 156. Varias hinc inde sortitur in vernacula nostra appellationes: Einstand, Nähergeltung, Nächverkauf, Näherrecht, Vorgang, Vorgeld, Losung, Zugrecht, Kauf Zugrecht, Standrecht, Bescheidrecht, Forchrecht, Einsprache, v. WEHNER. in Obs. pract. voc. Losung, BESOLD. l. c. item Bey-spruch, Antrieb, LINCKER, V. I. Resp. II. num. 45. 47.*

## §. VIII.

Differt hoc  
a iure  
περὶ μέρη  
συνός.

Non desunt, quibus plurium Iuris Retractus specierum arridet numerus; ast vereor, ne cum hoc iure perperam confundant ius *περὶ μέρη* seu *pralationis*, das *Vorkaufrecht*. Me quidem non præterit, quod permulti ICri hisce terminis promiscue vtantur e), quin & ipsum Ius Electorale Saxon. non distin-

e) Vt TABOR in Collat. Iur. Rom. & Fran-  
cof. §. 21. in fin. Vol. I. p. 781. BERGER.

O. I. L. III. Tit. V. §. 10. seq. STRYCK.  
de Succes. ab Intest. Diff. 6. C. 1. §. 3.



distinguat f): nihilominus tamen accuratiores vtrumque probe discernere satagunt g); eaque propter haut Aethiopem la- uabo, si quantum per haece plagellas fieri potest, in ipsam Iuris protimiseos naturam atque species succincte inquiram. Ni- hil aliud autem sub eo intelligo, quam ius, quo alteri competit praerferentia praer aliis extraneis emtoribus in re vendenda. Igi- tur protimisis differt a Retractu a) quod illa contractus imple- mentum tantum impediatur, hic vero totum rescindat negotium h): b) quod hic, non aequae illa, actionem contra tertium pos- sessorem suggerat. Haec praerferentia innititur modo in Lege, (quam & testator in testamento ponere potest) i), modo in Consuetudine, vt plurimum in Conuentione; inde Doctores ipsum Ius protimiseos diuidunt in Legale, Consuetudinarium & Conuentionale. Lege debetur quibusdam locis Domino Territoriali ius *πρωτοπραξίας* in vendendis metallis, quae sunt ef- fusa, quod audit *der Silberkauf* k); itidem Lex Domino largitur hoc ius in emendis meliorationibus coloni l), nec non Creditoribus, qui in venditione sub hasta extraneo praer- feruntur m), quod tamen iure Sax. Elect. testante BERGERO n), exulat, quippe primus licitator praerferatur o). Ex Con- suetudine illud ius certis in locis datur Domino iurisdictionis, intuitu annonae & comestibilium, a subiectis suis coram vendendorum, in *Victualien, welche der Bauer zu Markt trägt* p); quae oblatio tamen fieri debet secundum commu- nem rei valorem, nach gemeinen Markt-Preis. Ita Scabina- tus Vitebergensis censuit in causa *der Gemeinde zu Unterschla- ma* contra *Georg Friedrich Köhlern*, verbis: *jedoch mit dieser Erklärung, daß die Unterthanen die Victualien in Markt-gül- tigen*

f) *Part. II. Const. 32.* g) *Ceu docet MOORS d. de iure protim.* h) *BERGER. O. I. l. c. §. 9. not. I.* i) *v. GAIL. de Obseru. 19. n. 3.* BOER, *Dec. 107. n. 4. k)* *MOLLENBECK de Regali protimis. metallica.* *HAPPEL. Discurs. iuridico-Medall. de iure, quod est circa venas me-*

*rallorum latentes, n. 124. 125.* SIXTIN. *de Regal. L. II. C. 16. n. 21.* l) *per L. 3. C. de iure Emphyt.* m) *L. 16. D. de reb. actf. ind. possid.* n) *in Dec. Iur. L. III. T. V. §. 11. n. 1.* o) *CARPZOV. P. I. C. 32. Def. 42. & 51.* p) *LEYSER. in M. ad Pand. Spec. 196. med. 6.*



tigen Preiß Klägern anzubieten schuldig q). Sic Ienæ morem esse memini, vt Ciues in comparandis comestibilibus anteferantur extraneis r), quin & ipsis pistoribus indigenis, ratione frumentorum venalium, vsque dum vexillum, Curiaë parietibus hunc in finem immissum, prorsus sublatum, bis die Markt-  
 Fahne eingezogen worden, quod circa XI. circiter fieri solet horam. Hæc Consuetudo, licet non in totum, in tantum tamen inserta est Statutis der Fürstl. Sächsl. Residenz-Stadt Weimar, vbi §. 10. vom Marktrecht hæc verba: Damit der Markt gemeinen Einwohnern, reich und arm, zum Besten gefördert werde, setzen und ordnen Wir, daß nun hinführo auf alle Markt-  
 tage in der Wochen, nach Verordnung und Gefallen des Raths, ein Fähnlein, daran der Stadt Wappen gemahlet, soll am Rathhaus ausgestecket werden, und so lange dasselbe Fähnlein stecket, soll sich kein Einwohner dieser Stadt Weimar unterstehen, auf dem Vorkauf Korn, Wägen, Gersten, Hafer, Wolle, Butter, Käse, Garn, Leinwand und andere zu kaufen, ausgefallen, so viel ein jeglicher Bürger und Einwohner zur Nothdurft seines Haushaltens bedürftig. Wer darwider handelt, soll dem Rathe 36. Schillinge erlegen. Desgleichen sollen Frembde, dieweilen das Fähnlein stecket und nicht wieder abgenommen, zu kaufen sich gänzlich enthalten. Denique Conuentionale ius protimiseos, prioribus frequentius, quodque vulgus, licet inepte s), ius Retractus Conuentionale dicere suescit t), exigit, vt res, contra fidem pacti vendita, pro eodem retradatur pretio, vel venditor interesse præstet u).

## §. IX.

Retractus  
 Gentilitius  
 quid?

Ad ipsas progredior species Retractus, inter quas plerumque primas tenet RETRACTVS GENTILITIVS, die Erb-  
 lösung, das Erb-Freund-Recht (§. VII.), qui dicitur ius, proximo

q) BERGER. O. I. c. I. §. 10. n. 3. p. 655. r)  
 IDEM I. c. s) vt docet TIRAQUELL.  
 de Retractu Conuent. Praef. num. I. d)  
 TABOR de pacto Retrouend. §. 40. Vol. I.

p. 806. u) Dn. ENGAV. Elem. Iur.  
 Germ. L. III. T. VII. Sect. III. §. 100.  
 p. m. 554. 555.



ximo competens Confanguineo, vi cuius prædia sua avita, extraneo vendita, rursus cõemere potest (\*). Proximitas retrahentis æstimatur 1) ex parte venditoris, non stipitis v); vbi incidenter quæstio mouetur: an heres venditoris, v. g. ipsius filius, retrahere queat? In affirmatiuam cum b. BRVNNE-MANNO w) transeo sententiam; 2) secundum tempus Retractus, & 3) secundum veritatem, non fictionem, qualis est repræsentatio x), nec non adoptio y). Qua propter hoc iure ytuntur duntaxat liberi, sine sexus discrimine, immo & in Thuringia, testibus RICHTERO z), & LYNCKERO a), Collaterales indistincte, alibi non itidem admittuntur; sed e. g. Geræ statutum est: es wird das Geschwister vor allen andern zum Kauf admittiret, quod tamen de fratribus tantum & fororibus, non item de eorum liberis capiendum tradit BERGERVS b). Secundum Ius Sax. Elect. omnes excluduntur Collaterales c). In Marchia Brandenburgica Collaterales quinti & sequioris gradus retrahere nequeunt d). Quodsi vero plures eiusdem gradus concurrunt, omnes admittuntur secundum Edictum Successorium, si res est diuidua; si non, tempore prior præfertur, aut res forti committitur e). Quid dicendum, si vnus ex pluribus proximioribus sit emtor, suppeditat STRV-VIVS f). Cæteroque plurimi Doctores hunc Retractum pro generali in Germania venditant Consuetudine g), immo in tota ferè Europa h).

(\*). Hunc Retractum quidam Linearium appellant. ERN. COTHMANN. V. I. Resp. 39. n. 2. cuius natales succincte recenset Dn. BERNH. FRID. LVD. LAVHN. de Retract. Genitil. origine. Consuli quoque hac de

v) TIRAQV. de Retract. §. 11. Gl. 1. n. 18. TESS. Dec. 64. n. 1. BERLICH. P. II. Conclus. 39. n. 30. w) ad L. 14. C. de cont. empr. vend. x) BERGER. O. I. L. III. T. V. §. 23. n. 3. y) RHETIUS de iure Retract. Genitil. C. II. n. 34. seq. z) Dec. 96. n. 33. 34. & 42. a) Vol. I. Resp. 75. n. 15. b) in O. I. L. III. T. V. §. 13. n. 2. c) P. II. C. 31. ibique CARPZOV. Def. 11.

d) LYNCKER. Resol. 218. e) STRV. in Ipr. Rom. Germ. Forens. L. III. T. XI. apb. 31. f) l. c. apb. 33. g) GAIL. L. II. Obs. 19. n. 1. TIRAQV. de Retract. Linear. in Pref. n. 1. KÖPPEN Dec. 52. n. 13. aliosque allegat IOH. FRANCISC. BALTHASAR, Tit. 10. Resol. Bauar. I. num. 2. h) HARPRECHT ad s. fin. Inst. de E. V. n. 257.



de re mēretur *VIR ILL. ENGAV. in I. Germ. L. III. T. VII. S. III. §. 80. \* p. m. 545 546.* Eundem & aliis innotuisse Gentibus, præprimis Romanis atque Iudæis, tam ex ipso iure Romano, *L. 14. C. de contr. emt. L. fin. C. de iure Emphyt. L. 16. D. de reb. auct. iud. poss. quam e sacris clarescit Pandectis. Lev. XXV. 25. Ruth. IV. 3. Ierem. XXXII. 7. Ezech. VII. 12. quem & Ius Canonicum adprobavit in C. Constitutus X. de in integr. restit.*

## §. X.

Qualia huic  
Retractui  
subiint  
prædia ?

De prædiorum, quæ subsunt reuocationi, qualitate quærenti respondeo, quævis bona immobilia, respectu alienantis, non retrahentis, auita i), siue sint natura, siue iuris intellectu talia k), & corporalia & incorporalia l), siue sint allodialia siue feudalia, huic Legi esse regulariter obnoxia. Hæc quod concernit, viuo alienatore intra annum, pretio refuso, reuocari possunt m), atque hoc reuocationis iure videntur filii (\*), æque ac adgnati n), & iure Saxonico etiam simulaneæ inuestiti cuiusuis generis o). Veruntamen hæc retrahendi facultas cessat, si feudum hac lege venditum: daß Verkäufer vor sich, seine Leibes-Lehns-Erben und Mitbelehnten, die Lehn an sich behalten, dieselbe, so oft es vonnöthen und in allen Fällen gehörrig suchen und befolgen, auch die seruitia præstiren solle und wolle p). Allodialia prædia iuxta illud, was einmal in den Stamm gekommen, muß bey demselben bleiben q), vna cum pertinentiis r), retrahuntur.

(\* ) Sunt, qui dubitant, verum his competat. De adgnatis enim diserte loquitur Textus, *II. F. 39. verbis: alienatio feudi paterni non valet, etiam Domini voluntate, nisi consentientibus, ad quos beneficium quandoque sit reuerfurum.* Verum nec illis deneganda mihi videtur facultas reuocandi,

i) *CARPZOV. P. II. C. 31. D. 14. k) Reform. Francof. II. §. 1. Ord. Colon. Tit. 15. §. 1. LYNCKER. Dec. 138. l) LYNCKER. Vol. I. Resp. 75. n. 11. m) II. F. 26. C. Titius. Conf. SCHRADER de feudis P. VIII. C. 7. HARTM. PISTOR. L. II. qu. XII. num. 63. HORN. C. XX. §. 11. n) ROSENTHAL Cap. IX. Concl. 93. BER-*

*LICH. P. II. Concl. 66. n. 27. STRYV. Synt. I. F. Cap. 13. apb. 22. o) P. II. C. 48. Confer quoque his Ober- & Lauffn. Amts, und Gerichts- & Ordnung P. 2. §. 4. p) HORN. Obseru. Feud. C. VIII. q) MOORS de iure protim. pag. 59. r) ENGAV l. c. §. 84. p. 548.*



di, quippe quam a primo habent acquirente, per inuestituram, hoc sibi und ihre eheliche Leibes- Erben, STRVV. Synt. 1. F. Cap. 13. §. 22. Inde feuda olim non nisi liberorum consensu alienata sunt. LVDEWICH. de Oblig. Success. in principat. Et clientel. Cap. VI. Et Opusc. T. 1. p. 599. Aliud tamen obtinet iure Saxonico Elect. per Edictum Torgau. CARPZ. P. II. C. 48. D. 8. 9. 12. cuius virtute liberi ad facta parentum præstanda stringuntur.

§. XI.

Venditorem oportere denunciare Consanguineis contra-ctum, cum omnibus circumstantiis s), iuris est aperti t). Denunciatione rite peracta, Retractus Gentilitio præscribitur anno u), nimirum vtili ratione initii, continuo ratione cursus, ita, vt præstructa scientia, (quæ tamen vix præsumitur v), spatium currat a tempore contractæ emtionis venditionis w) quæ sententia in foro recepta est x), quamquam contraria, annum a die demum traditionis computandum esse, ratione non vacet y). Spreta autem denunciacione, vel non debite facta, huic Retractus demum præscribitur 30. annis z).

Quo tempore hic Retractus speciatim præscribitur.

§. XII.

An Consuetudo, qua ius retrahendi ex Consanguinitate receptum, æquitate nitatur? disquisituro, palam æque ac ingenue profiteor, multos eam iam esse expertam & censores & ofores, mihi que ipi istam valde odiosam adparere, vtpote qua vendendi libertas non parum restringitur a). MANZIVS infra allegatus qu. II. n. 13. contra commune hominum iudicium esse ait, daß dem Verkäufer seine Hand gesperret wird, sein Guth, wenn er will, zu verkaufen, welche Licenz und Freyheit doch der natürlichen Billigkeit gemäß und daß auch dem Käufer an seinem gethanen Kauf Hinderung beschicht, und ihm sein erkauft-

Epicrisis.

C 2

tes

s) L. 76. de R. I. t) Consk. Frid. C. 32. v) y) BERGER. E. D. F. p. 1270. add. RICHTER. P. II. Dec. 76. num. 144. z) BERGER. O. I. p. 660. n. 4. a) arg. §. 41. I. de rer. diuis. L. 21. C. Mandat. MANZ. d. 1. Decis. Palat. 9. 10. n. 3.



tes Guth, das er mit seinem Geld bezahlet, und in seinen Gewalt, Besiz und Gewehr gebracht, aus der Hand genommen wird; Da doch niemand wider seinen Willen das Seinige einem andern zu überlassen kan oder soll mit Fugen angehalten werden: In eandem transiere sententiam Imperatores Romani, prout vel maxime patescit ex *L. 14. C. de contr. emt. & vend.* vbi Imp. Valentinianus, Theodosius & Arcadius apposite hanc in rem: *dudum proximis consortibusque concessum erat, ut extraneos ab emtione remouerent, neque homines suo arbitrio vendenda distraberent; sed quia grauis est iniuria, qua inani honestatis colore velatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti, superiore lege cassata, vnusquisque suo arbitrio querere vel probare possit emtorem, nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere prohibuerit b).* Vltiori huius doctrinæ indagationi non immorabor c).

## §. XIII.

Retractus ex  
Condominio  
quid?

E personarum retrahentium qualitate porro RETRACTVM EX CONDOMINIO diiudicandum duxi (§. VII.). Eundem autem definitio facultatem, rem mihi cum alio communem, ab hoc venditam, ab emtore repetendi d). Quamuis enim ex Condominis, qui partem suam rei communis pro indiuiso vendere vult, Condomino suo vendere præcise non tenetur, nec Condomino ius Retractus, ut partem tertio cuidam venditam, pretio oblato, recipere possit, competit e), in quam rem *CARPZOVIVS l. c.* præiudicium affert huius tenoris: *Habt ihr und eure Bettern ein Haus und Hof zu Magdeburg erkaufet, und in die eilf Jahr lang ingesammt besessen: Hat nun gedachter euer Better seinen Antheil an bemeldten Hause einem andern, davon eure Frage meldet, verkaufet und eingekäuuet;*

b) Eiusmodi legis exemplum habemus in *L. unic. C. non licere habit. metroconi. loc. sua ad extran. transferre.* c) Fusius hac de re egit *GEORG. ADAM STRVV in 4pr. Rom. Germ. For. L. III. T. XI. aph. 30. seqq.* d) *MOLINA tr. 2. d. 1. §. 1.*

*D. 371. GVIDO PAPÆ Sing. 780. HIP. POLYT. de MARSIL. Sing. 441. KLOCK. V. 2. Conf. 24. n. 31. seq. BERLICH. P. II. Concl. 30. n. 11.* e) *L. penult. C. de contr. emt. vend. STRVV. Exerc. 23. th. 55. CARPZOV. P. II. C. 31. D. ult.*



räumet; so wird jetzt erwehnter Käufer bey solchem Kauf mehr erwehntes eures Vetterns Antheils billig gelassen, und er ist euch demselben, gegen Erstattung seines ausgezahlten Kaufgeldes einzuräumen und abzutragen nicht schuldig: aliud tamen Fridericus Imper. in Occident. Imperio, expressa sanctione, desumpta ex Nouella Lacapeni Imperatoris in Oriente (quam refert Cuiacius) f) fanciuit, verbis: *ne hi, qui cognatione vel communione &c.* Et statutis quoque locorum & Consuetudinibus, præsertim Germaniæ, ferè obseruari iura talia, sc. vt socii rerum communium non possint partes suas alienare extraneis, saltem cum effectu, quin semper vel Consanguinei vel socii habeant ius reuocandi, vel offerendi vel redimendi, conclamationum est g).

§. XIV.

Cardo rei autem in ipsa rerum vertitur communione, vtrum nimirum Communio rerum vniuersalium an singularium hic prærequiratur? & quidem CARPZOVIVS, prioridum h) suffragatur opinioni, posteriorem, vtpote rerum legatarum aliarumue, susque deque habet, propterea quod huiusmodi Retractus a) sit ius exorbitans, & β) libertati Commerciorum inimicum i), atque adeo stricte capiendum. Verum enim vero Textus iuris Feudalis k) generatim loquitur, verbis: *aut ex communi emtione, vel aliquo huiusmodi titulo, vel alio modo aliquo coniunctim.* Tantum etiam abest, vt hæc Consuetudo sua destituatur æquitate, vt potius ea tanto magis hic locum videatur inuenire, quanto plus incommodi secum plerumque fert prædiorum Condominium l).

Quenam res ei subsint?

§. XV.

Nec secus e personarum conditione deducere mihi licebit  
RETRACTVM OB INCOLATVM, (§. VII.) qui iurè Wir-

Retractus Territorialis quid tem.

C 3

f) L. V. de Feud. tit. 13. 14. g) SICHARD, in L. I. C. Comm. diuid. n. 4. Exemplum vide sis in statutis Francofurtens. P. II. Tit. 5. §. 1. 2. h) P. II. C. 31. Def. 4.

i) arg. L. 14. C. de contr. emt. vend. k) V. F. 13. l) adi FROMMANN in d. de Condominio Territorii, qua Superioritate coniunctum C. 9. §. 8. p. 123.



temberg. dicitur die *Marklosung*, siue *Territoriale* m), quem Dd. nuncupant potestatem, municipibus & incolis cuiusdam loci, denen so in derselben Stadt oder Dorf bürgerlich sesshaft n), competentem, repetendi bona immobilia, in illorum districtu sita, sed iam extraneis vendita. Hanc retractus speciem non vbique probari, sed potius particulari niti consuetudine, firmo stat talo o). Quantum vero vsum operetur hæc species, vel maxime ex incommodis, quæ ex transmissione prædiorum in forenses & extraneos nascuntur, ponderandum est. Eiusmodi enim transmissione 1) vicini sensim sine sensu prædia ista in suum districtum, in ihr *Fluhr und Bezirk*, distrahere moliantur, maxime vbi fines vtriusque vniuersitatis sunt confusi, controuersi ac dubii p); saltem compascua prætere audent rusticolæ. Non inconcinne huc traheres, quæ KNICHEN q) tradit ad parcemiam: *kein Schäfer hat Weide genug*. 2) Sæpissime lites oriri solent circa venationem, iurisdictionem aliaque plura. Principes enim vt plurimum ita argumentantur: quæcunque prædia pertinent ad subditos nostros, in illis nostræ sunt Venationes, nostra iurisdictione, Tributa, Territorium &c. 3) libro, quo non districtus solum, sed & singuli agri eorumque fines describuntur, quique audit *das Flur-Buch, Flur-Register, Fluhr-Beschreibung, Bezirk-Brief* r), confusio inducitur; 4) Censuum ac Tributorum exactio difficilior redditur.

## §. XVI.

Variis fulcitur Ordinationibus & Statutis.

Hæc incommoda quo deuitentur, quibusdam in locis haut vituperanda irrepsit Consuetudo, ne eiusmodi alienatio procedat, atque si contigerit, ne Ciues facultate retrahendi careant. Hæc Consuetudo, fauorabilior vtique ea, quam Retractum Gentilitium

m) Prout eum appellat *EISENHARD* de *Retract. Territ.* n) sunt verba *iur. Præv. Wirtenb. P. II. T. 16. fol. 200. §. 1. o)* *MOORS d. de iure protim. §. 15. \*\*\*\*,* *FRITSCH* r. de *districtu vniuersit. agr.*

C. VIII. §. 9. p) *IDEM* c. l. §. 20. q) de *iure Territ. C. 4. n. 405. r) Dn. ENGAV I. G. L. II. T. I. M. II. §. 35. p. m. 280. BERGER. O. I. L. III. T. VI. n. §. p. 720.*



tilitium laudavi (§. IX.) s) de in variis stabilita est Ordinationibus t), quibus non solum ipsa alienatio prohibita est, ceu videmus tam ex *Ord. Wirtenb.* vbi u) dicitur: daß nemlich den Amtleuten von den Auswärtigen, so Güter bey ihnen haben, in Einbringung derer Steuern, Schätzung, Reissen, Frohn und dergleichen viel Irrung und Beschwerden dadurch Ihrer Fürstl. Durchl. instänftig nicht begegnen u); quam ex *statuto Ciuitatis Rudolfsad.* v) verbis: Es soll kein Bürger noch Einwohner dieser Stadt bürgerliche oder schoßbare Güter an Haus, Hof, Aecker, Wiesen, Wein- oder Baum-Gärten, Holz-Marcken oder dergleichen denen von Adel oder andern Auswärtigen, so nicht Bürger sind, verkaufen, noch ihm der Rath solche Güter einzuräumen verstaten, cum quibus ferè concordant verba *statuti Ulmensis* w) haec: Es soll kein Bürger bey Verlust des halben Kaufgeldes einig Erbstück, es sey gleich gut oder böse, nahe oder weit gelegen, von der Stadt oder Gemeinde auf Dörfer oder fremde Dörter verkaufen noch verwenden, und wo solches von jemand geschehen, soll er dasselbe wieder zur Stadt bringen, und verschaffen, bey angezeigter Strafe; sed quoque in aliis Ordin. omnibus Ciuibus vel Rusticis ius retrahendi in eoloco, ex quo bona alienata, permittitur. Ita sonant verba *Ord. Prou. Wirtenb.* x). Wir setzen und ordnen, wann ein Bürger oder Einwohner einer Stadt oder Dorfe gegen einem auferhalb selbiger Marckung gefessenen ein Landgut, so in derselben Stadt- oder Dorfdäumen und Bezirck gelegen, verkauft oder sonst verändert, oder auch ein liegend Gut einem Ausgefessenen an der Bezahlung heimgeschlagen wird, daß alsdann ein jeder, so in derselben Stadt oder Dorf bürgerlich seßhaft, wo nicht andere eine bedingte, oder ältere Losung hätten, ein Jahr die Losung darzu haben soll. Huius prope tenoris reperi verba *Ord. Prouinc. Gothan.* y). Demnach es sich in der That

s) BRVNEMANN, ad L. vnic. C. non licere habit. metr. t) prout testat. KLOCK, de Contribut. Cap. 13. num. 7. u) P. II. Tit. 9. §. Wir setzen. add. LAVTER-

BACH in differ. ad d. Tit. 9. lb. 16. v) Cap. 3. §. 4. w) art. 3. x) P. II. Tit. 16. rubr. von Marckloosungen. y) P. II. C. 2. Tit. 14. §. Demnach es sich 16.



That befinde, daß, wann die in einem Gemeind-Fluhr gelegene Güther von anderswo gefessenen erhandelt werden, daraus öfters sowohl der Obrigkeit des Orts, als der Gemeinde selbst, in einem und dem andern, nicht weniger Abbruch und Verkürzung zu erfolgen pfleget: So sollen bey vorgehenden solchen jedesmal, wann der Käufer nicht zugleich ein wesentlicher Einwohner wird, oder doch allda Hauß und Hof schaffet und verrechtet, die Eingefessene sich innerhalb sonsten zum Einstand Landüblich zugelassener Frist des Nähergeltungs-Rechts gebrauchen können; auch diejenigen ihres Mittels, welche sich diesfalls mit Darlegung des Kaufgeldes oder anderer, zu Erfüllung des getroffenen Kaufs sonsten zulängender Leistung, am ersten gerichtlich angeben vor andern, es wäre dann, daß diese über das noch ein sonderbares Nähergeltungsrecht zum Gute hätten, und sich dessen innerhalb ehest gedachter Landüblicher Frist auch rechtmäßig gebrauchten, damit zugelassen werden. Quibusdam municipibus hoc ius competit intuitu solum agrorum, qui determinatum constituunt districtum. Hoc gaudere Ciues Vinarienses respectu agrorum, districtui Wallendorffienfi subiacentium, ex charta, a Senatu Vinar. die XVI. m. Mart. Anno 1701. occasione custodis, huic districtui nouiter præfecti, confecta, atque ab illius Heimburgiis subscripta, cognoui, cuius verba hæc: So auch, was in dem Wallendorfer Fluß zu verkaufen ist, soll der Schütze erstlich den Heimbürgen und den andern Bürgern anzeigen, damit nicht alles denen Bauern verkaufet wird. Wann dann kein Bürger haben will, alsdann ist es Zeit, denen Bauern anzubieten.

## §. XVII.

Tres deciduntur  
quæstiones.

Tria circa hanc materiam in quæstionem venire videntur: 1) si prædia iure hereditario vel dotis aut donationis titulo, aut in Concurſu Creditorum ad forenses transeant, qua ratione procedendum? atque expertus, talismodi prædia maiore præstationum onere adfici solere. Alicubi wird Doppel-Geschoß davon dem Rath entrichtet; alibi der dritte Pfennig mehr,



mehr, denn ein Einheimischer und Bürger giebt z); *Vi Ord. Pron. Wirtenb.* possessores tenentur intra biennium eiusmodi prædia prorsus alienare a), quo non facto, post magistratus ea publice vendere iubentur, quanti poterunt, pretiumque acceptum ipsis forensibus restituere b). 2) Sin plures Incolæ concurrant, prædium extraneo venditum repetituri, quid statuendum? & statuerem, eos reliquis præripere palmam, qui iudicium competens iamnam adiere, atque sese reemtionem obrulere, die sich am ersten gerichtlich angegeben vor andern; cum & alias iuris sit, ut, qui prior tempore, potior sit in iure c); nisi posterioribus ex alio adhuc capite ius retrahendi competat, idque ab iis debito spatio debitaque ratione exercitum sit, es wäre denn, daß diese über das noch ein sonderbares Nähergeltungs-Recht zum Guthe hätten, und sich dessen innerhalb Land-üblicher Frist rechtmäßig gebrauchten, loquitur *Ord. Pron. Goth.* supra adducta. Etenim semper duo vincula fortius ligant d). Quodsi vero ex vtraque retrahentium parte duplicitas adest, prioritas temporis spectanda e). 3) Si ciues contra Statutum vicino extraneo prædium suum vendiderit, ac hic longissimo tempore quiete illud possederit, an contra retrahentem sese præscriptione tueri possit? Ego saltem iudico, quod non, quia a) hæc alienatio ipso iure est nulla ß), Civitati damnosa & γ) vicinus emtor in mala versatur fide. Præsumuntur enim vicini huius Statuti prohibitorii scientiam habere f); aliud tamen dicendum de præscriptione immemoriali g).

§. XVIII.

Hanc iuris Retractus speciem excipit alia, quæ competit ob VICINITATEM (§. VII.), cui alii perperam tribuunt nomen des Gespildes h); siquidem hic Retractus nunquam prærequirit

NaturaRetra-  
ctus ob vici-  
nitatem ex-  
plicatur.

2) FRITSCH, *tr. de districtu vniuers. agror. Civit. & pagi* §. 9. in fin. a) *Tir.* 17. §. 6. b) *ibid.* §. 7. fol. 37. c) *Tir.* 20. §. 3. fol. 42. e) *L.* 3. C. qui pot. in pign. C. qui prior 54. de R. I. in oro d) §. 2. I. de Adopt. Nou. 84. C. I. §. ult.

Nov. 118. C. 2. e) FROMMANN de Retr. Wirtenb. C. 10. Tb. 86. f) *arg. C. quanto X. de præsumt.* g) HIER. SCHURFE *Conf.* 45. n. 14. Cent. 3. h) FRITSCH, *de iure Congr. Cap. V.* §. 2.

D



requirit dismembrationem prædii antea vniti; sed ratio huius introductæ Consuetudinis latitare videtur in ipsa vicinorum mentis dispositione. Etenim numerum bonorum moratorumque vicinorum paruum, malorum contra & molestorum frequentiam magnam esse, quotidiana docemur experientia (\*). Qua de re non parum refert, confines habere agros i); eaque propter Imperatori Friderico non absolum visum, vicinis largiri ius retrahendi k). Et quamuis hoc ius hodie in particulari innititur Consuetudine, adeoque non vbiuis locorum obtinet, sed plerumque, vt in Thuringia, efficaciam suam ex annexo demum iure Congruui fortitur l): nollem tamen cum AHASVERO FRITSCHIO m) causam introducti huius iuris spuriam ruputes, quod nimirum, vicinum molestum & rixosum accipere, sit rei contingentiæ. Nam molestorum vicinorum numerum maiorem prope statuerem, quam pacificorum; & cur non idem Auctor eandem de Retractu Territoriali fouet sententiam? nonne introducti huius Retractus causa, quam supra (§ XV.) laudauimus, pari ferè modo contingens est? & nihilotenus iusta, atque ab eo genuina iudicata. Quum vero plurimorum agrorum secum ferat naturalis situs, vt vndiquaque confinibus septi sint agris, quæstio non de lana caprina mouetur: quibusnam vicinis competat ius retrahendi? & non possum, quin ex ipsa huius Retractus causa replicem, eos omnino primas agere partes, quibus maiora a vicino malo imminent damna.

(\*) Graphice malum depinxit vicinum COLMELLA L. 1. C. 3. his verbis: *ne vicinum meum nominem, qui nec a borem proxiorcm stare nostra regionis, nec inuolatum seminarium, nec pedamentum annexum: vinea, nec etiam pecudes negligentius pasci sinibat; & ob id ralem pestem vitandam censet. Inde THEMISTOCLES, cum venalem fundum prescripisset, iussit indicare præconem, quod vicinos haberet bonos, CHOPIN. de priv. Russ. L. II. P. I. C. II. & PLINIVS monet in Historia, L. 28. C. 5. agrum comparaturos ante omnia intueri debere aquarum vim & vicinum.*

§. XIX.

l) L. 54. D. de Leg. II. L. 2. §. 23. D. si quid in fraud. k) iuxta Constit. V. Feud. Tit. 24. l) vid. S. Weimarische Landes

Ordnung de anno 1585. Tit. 28. m) Cap. V. §. 2. Tr. de iure Congr.



§. XIX.

Ad ultimam me tandem conuerto *Retractus* speciem, quæ salutatur *IVS CONGRVI* (§. VII.), das Gespilde, Theilhabung, Spillrecht, vel vt Sueuis dicitur *Zinnßlosung n*), quo possessor partem, a prædio suo olim auulsam, eum in finem ab extraneo repetit, vt pars illa toti suo, seu corpori, vicissim vniatur. Circa prædii dismembrati autem qualitatem Doctores vix conuenire videntur. Etenim alii prærequirunt tantum prædium Censiticum, ein Zinnßgut o): alii alia huc referunt p), cui posteriori subscribere me oportet opinioni.

*Retractus o*  
*Congruo*  
*competens*  
*quid?*

§. XX.

Nimirum habemus *Retractum*, qui dicitur *IVS CONGRVI I. ob possessionem partis prædii Censitici*. Wenn diejenigen Stücke, so unter einem gestanden, und hernachmals dem Erbzinßgut durch Kauf oder Tausch abgerissen worden, zu Ergänzung der Lehn und Zinnßes wieder zusammen gebracht werden q). Non autem prætermittendæ hic duæ quæstiones: 1) quænam prædia Censualia subsint huic reuocandi iuri? hæc enim dispesci in laudemialia seu emphyteutica, Erb Zinnß-Güther, & non laudemialia seu Censitica, Bauer-Güther, atque posteriora r) iterum in ea, quæ iure seruitutis, Zinnßbare Güther, & ea, quæ ex ipsâ domini translatione, Zinnß-Güther, præstant Censum, tralatitium est; & quidem respondeo, regulariter prædia emphyteutica iuris *Congruui* esse obiectum s). Censiticorum ex aduerso cum plenum in Censitum transeat do-

*Ius Congruui*  
*obtinet I. in*  
*prædiis em-*  
*phyteuticis*

*quædam in*  
*emph. C. in*  
*obst.*

D 2

mi-

n) Würtemb. Landrecht P. II. T. 16. von Loosungen. o) *Dn. ENGLAV. in I. G. LIII. TVIII. S. III. §. 93.* p) *FRITCSH. de iure Congruui, per tot.* q) prout vel maxime clarescit ex *Ord. Prouinc. veluti ex Ord. Pol. Saxo-Magdeb. de anno 1652. tit. von Bauer-Güthern 27. ex Ord. Proc. Wirtenb. P. II. tit. 16. rubr. von Zinnß-Losungen;* Item ex *Ord. Saxo-Gothan. P. II. C. 2. tit. von der Trohn-Zinnß;* und anderer Güther Verkauf

Bereinzelt; und Verwendung auf Ausgesessene 14. §. Und dieweil; *Idem* aus der Fürstl. Anhaltischen Policen; und Landes-Ordnung dt anno 1572. tit. Bauer-Güther XX. s. sonderlich aber. r) quæ nobis describit *Glossa Germanica ad Landrecht art. 30. n. 2.* Originem autem eorundem sistit *Glossa ad Sächs. Lehnsrecht art. 60. s) BERGER. E. D. F. p. 1329. & Suppl. 2. p. 812. FRITCSH. tr. de iure Congr. C. IV. §. 1.*



minium, ea neque ius protimiseos neque ius retrahendi admittere, Doctores statuunt t). Interim plerisque in locis vsu receptum est, vt, qui eiusmodi prædium alienauit, illud Domino Censui significare debeat, soluturus nummum, quem relaxationis grossum, den Auslass: Schilling, nominant u): 2) quomodo, si plures ex iure Congruui retrahere volunt, procedendum? respondeo, quod virtus vtique & potentia maioris partis præualere debeat v): hinc municeps, possidens maiorem fundi talis partem, so den größten Theil daran, nemlich an solchen Zinns: Güthern, besizet, in concursu minorem possidenti præfertur w); adeoque maior pars debiti Censui vix curatur x). Sin vero & intuitu quantitatis prædii Censitici nulla est disparitas, tunc, vt in aliis dubiis & perplexis casibus, fortis iudicio res committenda est y).

## §. XXI.

Quando  
idem compe-  
tat Domino  
directo.

Cum igitur ex parte retrahentis hic requiratur, vt partem prædii emphyteutici adhuc teneat, prono sequitur alieo, cessante hoc requisito, ipsum cessare ius retrahendi. Nihilossecius tamen, facta totali Domini vtilis, in scio Domino directo, alienatione, huic Leges Prouinciales, immo ipse Codex z) largiuntur ius retrahendi a), in quam rem etiam præiudicium adfert CARPZOV. b) his verbis: Da aber dennoch die verkaufte Hufe Landes ein recht bonum emphyteuticum und Erb Zinns: Guth wäre, und ihr als Lehnherr, in den Kauf treten, und die verkaufte Hufe Landes um eben die Kauf Summa auf Termine, wie Käufer verwilliget, selbst annehmen wollet, so wäre bemeldter Käufer von dem Kaufe wieder abzutreten schuldig, und es würde euch die Hufe Landes um die bestimmte Kauf Summa billig gelassen: quod ius cessare videretur, si fundus emphyteuticus ipsi Domini directi filio venditus est c).

## §. XXII.

v) Iuxta CARPZ. d. Const. §. Def. 20. Conf. ENGAV. L. II. T. IX. §. 105. p. m. 344. BERGER. O. I. L. III. T. V. §. 10. n. 2. p. 655. u) Da. ENGAV. l. c. v) BE-SOLD. disp. ad P. II. l. P. W. th. 84. w) BOCER. de Retract. th. 26. x)

FROMMANN. l. c. th. 84. y) BOCER. tr. c. th. 12. z) in L. fin. de iure emphyt. a) LAVTERB. in Diff. Iur. Civ. & Wirtonh. ad P. II. tit. 10. th. 27. b) P. II. C. 31. Def. 6. in fin. c) BERGER. O. I. L. III. T. V. §. 14. n. 2.



§. XXII.  
 Juris Congruui vestigia deprehendimus II. in prædiis Rusticorum, seruitiorum mole grauatis, bey denen Frohn-Güthern (\*), ceu parer ex ipsis antea laudatis Ordinationibus Prouinc. Quem admodum enim Domini interest emphyteuseos, ne prædium emphyteuticum dispaletur, atque Censur ex vna manu soluendus ein einhändiger Zinnß d), e plurium possessorum manibus exigatur, eoque ipso Censur præstatio difficilior euadat: ita certe non parum interest Domini operarum, ne fiat eiusmodi fundi dismembratio, qua non potest non existere imminutio operarum: siue hæc fiant manu, quæ saluantur Hand-Frohnen, siue iumentis, Pferde-Hof-Zug-Frohnen e).

II. in prædiis Rusticorum, seruitiis grauatis.

cupit  
 audire

(\*) Quæ & Hufen-Güther, FRITSCH. de iure ongr. C. IV. §. 2. nec non Erbs Güther seu Erbstück: dici solent, de quibus in der Landes Ordnung der Fürstl. Grafschaft Henneberg L. III. T. IV. C. XI ita dispositum: Dieneil wir vor dieser Zeit geordnet, und gesetzt haben, daß in Erbschaften noch sonst die Erbstück nit zerrissen, sondern bey einander sollen behalten, und die zerriffene Güther, so sie feil, wiederum zusammen sollen erkauft und gebracht werden, u. s. w.

§. XXIII.

Hoc ius quoque III. obinere quibusdam in locis circa fundum alteri iure superficario concessum, ex ipsa Ord. Prou. Wir. supra allegata, aliisque pluribus adparet. In illa enim dicitur: oder die (ic. prædia immobilia) auch sonst ewigen Grund-Boden- und Urban-Zinnß geben f). Vi enim huius iuris Dominus superficiei, der Pfalzherr, tenetur Domino soli, dem Grundherrn, soluere annuam pensionem, quæ adpellatur der Grund-Zinnß, Boden-Zinnß g); & quia hæc superficies ad prædia vrbana seu ædificia spectat h): ille canon nomen sortitur Urban-Zinnß; eaque propter non incongrue loquuntur Dd. iuri Congruui non prædia solum rustica, sed & vrbana subesse statuentes, licet

III. in bonis iure superficario concessis.

D 3

circa

d) Vocatur in O. P. W. Tit. 14. §. 2. e) FRITSCH. de statu ac iure pagor. Germ. C. VII. §. 1. f) d. tit. 16. princ. & in §. und wann Hof-Lehen, Huob; oder

Zinnß; Güther ic. g) SIRVV. Ipr. Rom. Germ. For. L. II. T. XII. apb. XVII. h) L. 2. D. de Superfic. FRANZK. de laudem. Cap. 23. num. 3. & 5.





circum priora id frequentius reperitur i). Videbis igitur causam, cur multum Domini soli interesse possit, ne ædes, solo suo superstructæ, disiungantur.

## §. XXIV.

Aliisque  
pluribus.

Quin & ipsius interest Reipublicæ, ne Tributa, ab vno præstanda solvantur a pluribus. Iccirco in nonnullis Prouinciis introductum videmus Ius Congruum, prout ex supra allegato textu *Ord. Polit. Saxo-Magdeb. de anno 1652. tit. von Bauer-Gütern 27. verb. alle Steuer-Zinnß- und dienstbare Frohn-Güter, u. s. w.* liquet. Ex eodem fundamento Serenissimus Dux Vinarientis, pie defunctus, sub d. d. XXVIII. m. Mart. anno 1729. per litteras patentes prædiorum dismembrationem prohibuit, quarum tenor hic: Euch bleibt hiernit unverborgen, was masen Wir zeithero sehr mißfällig vernehmen müssen, daß die unter unsern Aemtern gelegene Bauer- und andere Güter zu Schmälerung und Nachtheil der darauf hafftenden Frohnen, Steuern und anderer præstandorum, unter andern bey Erbfällen, Heyrathen, Kauf- und Tauschhändeln, in allzu kleine Theile getheilet und zertrümmert, hiernächst auch dieselbe mit übermäßigen Schul- und Pfand Verschreibungen beladen worden. Wann Wir dann solchen Unheil und dem Publico höchst schädlichen Beginnen länger nachzusehen keinesweges gemeynet sind; Als begehren Wir hiernit gnädigst, ihr wollet an alle und jede Unsere Aemter die förder samste Verfügung thun, daß die darüber bestellte Beamte, bey Verlust ihrer Dienste, auch Ehr und Vermögen fürvohin denen ihnen anvertrauten Amts-Untertanen weder bey Erbfällen noch Heyrathen, Kauf, Tausch- und andern Contracten oder Händeln, sie haben Nahmen wie sie wollen, die Vereinzelung und Zertheilung der Güter keinesweges verstaten, noch ihres Orts darinnen Amts wegen willigen, weniger ein Guth über den dritten Theil desselben mit Schul- und Pfandverschreibungen beschweren lassen, oder darinnen Amts wegen ihren Consens ertheilen mögen; quæ Constitutio tamen per aliam d. XXIV. m. Oct. an. 1730. subsecutam, ex causis prægnan-

i) FRITSCH. de iure Congr. C. I. §. fin.



gnantibus in tantum commutata, daß bey bereits ertheilten, oder auch einzelnen zusammen gekauften Gütern die Alienation und Vertauschung, auch nach Befinden Verpfändung, einem jeden ohne Ausnahme nachgelassen werde, doch, daß solches alles ordentlich und Gerichtlich geschehe. Bey ganzen und noch in einer Consistence sich befindenden Hüfen-Gütern aber wollen Wir, daß unser osterwehntes Mandat allerdings bey Kräften bleibe, und sollen solche weder durch Tausch, Kauf, oder erbliche Vertheilung zerrissen werden, ehe solches an Unsere Fürstl. Regierung gebracht, und darüber Unser Landesherrlicher Consens ausgewürcket worden. ic.

## §. XXV.

Retrahamus autem ex quocunque velimus capite, summa certe suadet æquitas, vt (α) idem soiuamus pretium, quod emtor b. f. obtulit, quamuis fortasse iusto maius sit k), nec licet pretium offerre per pignora seu fideiussores, etsi compensationi locus detur l). Pretium autem 1) verum sit necesse est. Edere hinc instrumentum emtionis retrahenti tenetur emtor, et verum pretium iurato indicare m): 2) sit integrum oportet, nisi particularis solutio per terminos conuenta, auf Tagezeiten, vel Ziehls-weiße n): 3) consistat in eadem nummorum qualitate, sin expresse de certa actum sit inter contrahentes. Prima enim emtio in Retractu aliam conditionem recipere non potest o) Quodsi venditor id, quod pluris est, donauerit emtori, eius nulla hic habenda ratio, nisi idem illud, tanquam pars pretii, donaretur, maxime in compensationem meritorum emtoris p); (β) impensas, easque non modo necessarias sed & vtilis possessori restituamus q): ita quidem, vt in æstimandis iis tempus, quo factæ sunt, spectandum sit r). Sumtus bibales cæterosque

Quid Re  
hens em  
praestet?

k) *ESBACH. ad Carpz. P. II. C. 33. D. 1. n. 2.* quam sententiam communem esse tradit *IOH. HARPRECHT. ad §. fin. Inst. de emt. vendit. n. 204.* l) *BERGER. c. l. §. 3. n. 8. GAIL. 2. Obs. 17. n. 10. MEV. P. 8. Dec. 08. per tot. & ad ius Lubec. L. III. T. 7. art. 1. n. 65.* m) *RICHTER. P. II. Dec. 76. n. 122.* n) vt habet

*I. P. W. d. tit. 10. rubr. von Oblation. §. Wir setzen. f. 205.* o) vti cum *IASON.* loquitur *MEV. P. 7. Dec. 73. n. 7.* p) *CARPL. P. II. C. 33. D. 5.* q) *IDEM l. c. RICHTER. P. II. D. 76.* r) *BERGER. E. D. F. p. 1270. ibique Suppl. P. I. p. 440. & P. II. p. 781. seq.*



terosque decentes, den Wein- oder Leibkauf, auch was sonst gebühlich aufgegangen, quod concernit s), non nisi more receptos t), vel pacto expressos u), præstamus. Cæteroquin omnibus quoque dilationibus & induciis, quas emtor habuit, gaudet retrahens v).

## §. XXVI.

Intra quodnam tempus ius retrahendi exercendum.

Serram contentionis autem reciprocant Dd. circa quæstiones: qualem quævis Retractus species præ se ferat alienationem, & quodnam tempus cuius ad retrahendum præfixum sit; posterior sane haut difficulter ex variis ordinationibus atque Statutis topicis decidi potest w). Iuxta ius Sax. est tempus vnus anni & sex septimanarum x). Cæteris in Prouinciis est plerumque tempus vnus anni & diei, binnen Jahr und Tag y), quod eadem, annali maxime ratione præterunt in hac Retractus materia *Ius Diuinum* z), *Canonicum* a), *Feudale* b), siue in remotiorem agnatum, siue in extraneum alienatum fuerit feudum c). Cur autem vnum diem addiderint, eius ratio vix reddi forsan potest. Cum tamen dies etiam aliis in locis extra Imperium, & in eo, additus sit, rimari eandem placuit TIRAQVELLO d); causam vero, cur Iegumlatores a consueto, vitæ iurium præfinito, termino 30. annorum recesserint, perhibent MYNSINGER. e) & MEVIVS f); sed quid, si Statutum tempus non determinet? Doctores idem intelligendum censent g); ideoque tenoris Statuti semper ratio habenda; Statuta enim quod ad præfixum tempus differunt h).

## §. XXVII.

s) quosque pluribus explicant *CARP. d.C. 32. D. 7. & C. 32. D. 8. RICHTER. d. Dec. 76. n. 138.* t) *STRVV. Ipr. R.G.F.L. III. T. XI. apb. 37.* u) *Dn. ENGAV. I. G. L. III. T. VIII. S. III. §. 86. v) CARPZ. II. 33. 7.* w) Idem enim non vbiq; esse vel ex *I. P. Qstfris. II. 281. I. P. Omland. V. 11. Bavar. X. 2.* aliisque, & ex *GRYPEN. discept. for. p. 825.* dignoscere possumus. x) *CARPZ. d. C. 32. D. 4. y) quod tempus in omni Retract. spec. ob-*

*seruandum, MEV. ad Ius Lubec. 3. tit. 7. art. 1. num. 75.* prout iam supra §. XI. de Lineario sigillatim probatum dedi. z) *Leu. XXV. 20.* a) *C. 8. X. de restit. in integr.* b) *11. F. 26. §. Titius & H. F. 9. §. 1. vers: porro.* c) *HARTM. PIST. P. 2. qu. 12. num. 22.* d) in *Tr. de Retract. Consang. §. 1. Gloss. II. num. 17.* e) *P. III. Obs. 51. in fin.* f) *ad Ius Lub. l. c. g) GALL. 2. Obs. 19. num. 12. OBRECHT. 4. Feud. 9. num. 84.* h) *ENGAV. l. c. §. 87. p. m. 550.*



§. XXVII. Ad alteram prope<sup>o</sup> quaestionem, nimirum, qualem præ-  
 requiri in quouis Retractu alienationem præuiam? Nonnulli  
 enim titulo oneroso, alii lucratiuo quoque factam intelligunt.  
 Illorum sententiæ se accommodat FROMMANN i); horum ve-  
 ro causam, cum primis intuitu Retractus Territorialis, agit  
 PLEBST k); cui intuitu Censualis adstipulatur BESOLD l).  
 Quoniam vero in plurimis Ordinationibus atque Statutis cau-  
 sam emtionis venditionis diferte expressam inuenimus, prout  
 ex supra (§. XVI.) allatis patescit, non opus est vltiori conten-  
 tione. Sed quid, si reperiantur verba: oder sonstien verändert  
 m), vel hæc: veräußern, verwenden n), quæ alioquin omnem  
 denotant alienationem? Respondere liceat, quod huiusmodi  
 verba de omni alienatione, ex causa tamen onerosa tantum per-  
 acta, hic sumi debeant, excepto vnico Retractu Gentilitio, quip-  
 pe qui, me saltem iudice, vix vllum meretur fauorem (§. XII.)  
 o), sed striete interpretandus p); adeoque ne quidem ob per-  
 mutationem, quæ alias vicina est emtioni q), eidemque simi-  
 lis r), locum inuenit s). Exceptiones tamen laudat STRV-  
 VIVS t).

Qualis præ-  
 cedere de-  
 beat aliena-  
 tio?

§. XXVIII.

Quandoquidem vero Mores Legesque Prouinciales facul-  
 tatem retrahendi non omnibus, sed certis tantum impertierunt  
 personis, quarum in præcedentibus mentio facta: eandem nec  
 in alterius commodum exerceri posse patet. Ita sonant verba  
 I. P. W. u): Wann jemand ein Gut an sich zu lösen befugt und  
 gemeynet ist, der soll solches ihme selbstken und nicht einem an-  
 dern zu guten, (den ersten Käufer dadurch zu verhindern), lö-  
 sen;

Nec retrahi  
 in commo-  
 dum tertii  
 nec cedi hoc  
 ius potest.

i) De Retr. Wirtenb. C. VI. §. 23. 27. 26. k) ad I. P. W. Disp. 2. Part. 2. thes. 154. l) ad I. P. W. Disp. 2. th. 81. m) et in I. P. W. rubr. von Matzloosungen f. 291. n) MEY. l. c. num. 18. o) WIDEMANN. de Retr. Gentil. C. V. p) BERGER. O. I. L. III. T. V. §. 13. n. 1. q) L. 2. D.

de rer. permut. r) L. fin. D. quibus ex causis. in poss. s) TIRAQV. Tr. de Retr. Confang. s. 30. Gl. 1. t) in Ipr. R. G. F. L. III. T. XI. aph. 36. u) d. Tit. 16. rubr. Ob jemand einem andern zu guten lösen, s. vn. fol. 296.

E



sen; id quod in hac materia vbique ita y). Quem in finem de fraude committenda suspecto frenum iuramenti, quod in proprium, non alienum commodum, retrahat, iniicitur. Hæc in-  
simul causa est, cur hoc ius retrahendi cessibile non sit w).

## §. XXIX.

Retractus  
Conuentio-  
nalis vix me-  
retur nomen  
Retractus.

Notiora hucusque, prout in fronte pollicitus, Retractus capita in medium protuli, quæque ab initio Moribus inualuerunt, dein variis vestita sunt sanctionibus. E me quæsituro, quurne *Retractus*, vt aiunt, *conventionalis*, in simul hic rationem habuerim? respondeo cum BOCERO x), eundem Retractus naturam non habere, quippe ex sola conuentione non nisi ius personale, quod personam non egreditur y), proficiscitur. Quodsi vero oculos in eorum defigo enchyridia, qui in iis huius incongrui Retractus indolem sistere adlaborant, vt plurimum sanè ius protimiseos conuentionale, de quo supra (§. VIII. in fin.) succincta protuli, sub illius pertractant nomine (\*) z). An nescis, regeres L. B., ius Retractus, quod Illustrissimo nec non Generosissimo Comitum Imperii Nostri eiusdemque Nobilium Immediatorum Ordini, intuitu prædiorum, Matriculæ Imperii & Equestri semel adscriptorum, iam in extraneos alienatorum, competit a), conuentionibus inniti? Ast vero merito replicandum iudico, has conuentiones ipsamet inter cuiusuis Ordinis Membra, et nullatenus venditores inter atque emtores, quos hic præsuppono, esse celebratas. Quid? quod & easdem ab initio nullum citra Cæsaris adprobationem fortitas fuisse effectum, scimus b). Mallem igitur hunc Retractum nuncupare legalem.

(\*) Non

v) GAIL. 2. Obs. 10. num. 10. HARP Recht. ad §. fin. Inst. de E. V. num. 258. COSTA de ratione rate, qu. 100. num. 3. Conf. CARPZ. II. 32. 20. u) GAIL. l. c. HARP Recht. l. c. num. 250. MEV. ad I. L. L. 3. tit. 7. art. 1. num. 48. vbi de iuramento, retrahentibus ob id iniuncto, ne quidem in heredem Confanguinei extraneum. RICHTER. d. D. 76 num. 97. CARPZ. l. c. BOER. Dec. 139. x) Tr. de

Retr. ib. 35. & seqq. y) HVBER. Præl. ad Inst. Tit. de R. D. §. 12. z) BERGER. O. I. L. III. T. V. §. 14. n. 1. a) vid. Rosers Grundr. Nisi der heutigen Staats-Verfassung des Deutschen Reichs, L. IV. C. 12. §. 10. p. m. 408. Gr. L. V. C. 2. §. 13. p. 626. Conf. WEBER de Retr. Nobil. Imper. Immed. per priuileg. Cæsar. concessio. b) Roser, II. cc.



(\*) Non secus & eos in mendo cubare autumo, qui ius protimiseos, competens a) Conductori prædiorum, quæ deinceps a Locatore venduntur, per *Statutum Mindens. L. I. Tit. II. art. 6.* quorsum etiam illud spectat, quod Studioso eique modesto ac industrio datur præ nouo Conductore, arg. C. I. X. de Locat. ß) proprietariis rerum hereditariarum, usufructu earundem ab usufructuario vendito, contra eius emtores I. P. W. P. 2. T. 16. §. da auch, fol. 287. γ) debitoribus contra nomina sua ementes, *ibid.* etiam contra debitorum a se annuorum redituum emtores, *TIRAQV. de Retr. Lin. Gl. 6.* δ) heredi proprietarii rerum mobilium hereditariarum, a superstiti coniuge, earundem usufructum habente. alienatarum, contra earundem emtorem. *Sächs. Wirtemb. Land-Recht P. 4. tit. 5. §. dem Ueberbliebenen fol. 445.* ε) Incolis Ducatus Wirtemb. qui sunt des Roth- oder Weißgerber Handwercks contra emtores forenses pellium, der Haut und Fell, ad certam portionem O. P. W. tit. 59. §. 3. fol. 128. pariter & incolis, qui sunt Kürmer, Sattler und Handwercks-Leute, contra emtores der Gefülten und andern Fellen, die jene Branchen, *ibid.* §. 5. ζ) subditis contra lanæ, in mercatibus hebdomadariis post 12. horam, emtores forenses, ad partem quartam, O. P. W. tit. 54. §. 6. fol. 135. ius Retractus laudare non erubescunt.

## §. XXX.

Nullum ius, in foro saltem ciuili, reperitur absque actione; alioquin accederet ad similitudinem campanæ sine pifillo. Operæ igitur pretium erit, ut coronidis loco in ipsas actiones, e iure Retractus promanantes, succincte anquiram. Qualitatem vero actionis ab ipsa iuris dependere qualitate, tyrones nosse oportet; ideoque præstat ostendere Iuris Retractus conditionem ratione effectus. Et quidem palam æque ac ingenue profiteor, Dd. circa hanc ferram contentionis admodum reciprocare. Sunt, qui id reale vocant c), & rem ipsam adficere statuunt d), indeque actionem realem vel confessoriã enasci adferunt e); a quorum tamen sententia quodammodo recedit FROMMANN f). Verum, sin vniuersum huiusce iuris ambitum *ausp. 300s* contueamur, non diffidendum, idem cum de iure in

Aktionen,  
quibus experiundum.

c) BESOLD. *Disp. ad P. 2. I. P. W. th. 99.* *Consil. 371. n. 20.* f) *de Retr. Wirtemb.*

d) cum *TIRAQV. de Retr. Conf. §. 12.* *C. XI. th. 87.*

Gl. 1. num. 2. e) IOH. PET. SVRD.



in re, tum de iure ad rem participare, adeoque actionem producere mixtam seu in rem scriptam g). Etenim retrahens quidem rem suam persequitur; sed quam maxime abstinere oportet a rei huius inuasionem & occupationem propria auctoritate h). Obligatur ex altera parte possessor, quamdiu possidet, ut traditionem rei talis in eum, cui facultas retrahendi concessa, praecise faciat, & per eandem dominium in retrahentem transferat. Fontem autem, ex quo haec obligatio nascitur, quod spectat, eum consistere in Moribus, Legibus Prouincialibus atque Statutis, ex praecedentibus liquet; ideoque actio inde competens Condictio ex Moribus, vel ex Lege vel ex Statuto merito dici potest. Petitio autem actionis ex parte actoris huius fere tenoris erit:

Bitte dannenhero in Rechten zu erkennen und auszusprechen, das Beklagter schuldig, gegen Annehmung des angelegten Kauf-Schillings (oder aber so viel noch darüber die hierzu Gerichtl. erkannte ohnpartheyische Bauverständige bey ihren Pflichten und Eyden, nach genugsamen eingenommenen Augenschein und aller Sachen reiflicher Erwägung, erkennen werden,) sodann des Leihkaufs und was sonst gebührl. aufgegangen, obangeregten geklagten Kauf ihm, Klägern, abzutreten, neben Erstattung verursachter Schäden und Unkosten.

Ex parte vero rei contradicentis haec solet esse petitio:

Bitte ic. ic. daß bey jüngst von N. N. an mich gethanen Verkauf des Guthes zu N. das von den Klägern präterdirte Einstands-Recht nicht statt habe, sondern ich von seinem Begehren gänzlichen und mit Abtrag verursachter Schäden und Unkosten zu absolviren.

g) BERGER l. c. §. 13. n. 6. STRVV. Ipr. h) PLEBST ad I. P. W. n. 177. R. G. F. L. III. T. XI. aph. 33. in fin.













Ki 2239d


(X2627057)



10







7 27 2. D. O. B. V.

DE

18

# IVRE RETRACTVS

von dem

## Sinstands = Recht

EIVSDEMQUE

PRÆCIPVIS SPECIEBVS

CVM PRIMIS

DE



661 2  
RETRACTV EX CONSANGVINITATE,  
CONDOMINIO, INCOLATV, VICINITATE  
ET CONGRVO COMPETENTE

NONNVLLAS LVCVBATIONES

SISTIT

IOANNES HENRICVS MEYER

ADVOC. AVL. SAX. VINAR. EXTRAORD.



28. 3. 06. VINARIÆ, TYPIS MUMBACHIANIS.

A. O. R. MDCCLII.

Ki: 22399